



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 6. Cur prudentes domini, pauperes magnifaciant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

§. VI.

Cur prudentes domini, pauperes magni
faciant.

Quis vñquam diues tantam habuit potentiam, quis authoritatem tantam? Pauperi das, & Deus accipit. Immò & pauper tibi cælum aperit, teque recipit. Recipere in cælum Dei est, sed adeò illi chari sunt pauperes, vt hanc jurisdictionem suam velit cum illis habere communem. Hanc illorum potestatem quia agnoscunt Principes & Reges, idèò tantis eos sibi largitionibus deuinciunt, sibi que amicos reddere student, vt ab eis in æterna tabernacula recipiantur.

Theodor.
l. 5. hist.
c. 18. Placilla Theodosij Imper. vxor, teste Theodoro, pauperes & infirmos sua manu fouebat; cùm autem quidam vellent illam ab hoc opere auocare, dixit: *Aurum distribuere decet Imperatorem: ego autem pro ipso Imperio, ei qui id ipsum dedit, operam hanc offerre debeo.*

Possidon.
in vit. S.
August.
c. 24. S. Augustinus, teste Possidonio, vasa Dominica, ob captiuos, & alios egentes frangi iussit, & in eos dispensari: & si quando Ecclesiæ pecunia deesset, populo denuntiabat, non habere se, quod in pauperes erogaret. Acacius Amidae Episcopus,

Socrates
l. 8. c. 21. apud Socratem, vt pauperes Persas captiuos

nos, numero septies mille redimeret, vasa
sacra vendidit, dicens suis clericis: *Deus no-*
ster neq; lancibus, neq; poculis eget; quare con-
uenit hac in milites afflictos dissipari. Et Theo-
philus, apud Sozomenum: *Præstat, inquit,*
egrotorū corpora, quæ veriūs Dei templa sunt,
restaurare, quàm lapidea edificare; quantò
magis, quàm profana palatia, theatra,
sphæristeria, marmorea equorum stabula?

Sozomen
l. 8. cap. 129

§. VII.

Sicut nos erga pauperes gerimus, ita se erga nos
gerit Deus.

D. Augustino consonat Lactantius, qui si-
mul etiam inanem quemdam metum remo-
uet ab ijs, quos sollicitudo incurrendæ pau-
pertatis impedit à liberalitate in pauperes.

Lactant
l. 6. de ve-
ro cultu
cap. 12.

Ita enim loquitur: *Dicet aliquis fortasse: si hac*
omnia fecero, nihil habebō. Quid enim si ma-
gnus hominū numerus egebit, algebit, capietur,
morietur; ut hac facientem vel vno die patrimo-
nio exui sit necesse: perdāmne rem familiarē,
meo aut maiorē labore quasitam; ut jam ipsi
michi aliena misericordia viuendum sit? quid tu-
tam pusillo animo paupertatē times, quam etiā
vestri Philosophi laudant? nihil hac tutius, ni-
hilq; hac tranquillius esse testantur? Hoc, quod
times, sollicitudinis porcus est. An ignoras, quot

R

periculis.